



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

105. An Orationes, & ceremoniæ, quæ pro secundis nuptiis destinatæ sunt, poßint tempore prohibitio Aduentus, & Quadragesimæ ministrari. Et notatur, quod licet adsit consuetudo, vt etia[m] secundæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

usque ad Octauam Pascha inclusuē solemnitates nuptiarum prohibitas esse. In quibus verbis aperit appetit, quod sicuti prohibentur nuptiae in Quadragesima à feria 4. Ciner. ita prohibentur in Adventu à Dominica prima Adventus, sed feria 4. Ciner. incipit à media nocte, & non à vespere feriae 3. ita Dominicam primam Adventus etiam à media nocte, & non vespere Sabatti dicendum est incipere. Et ideo hanc sententiam præter Pontium & Caualcanum tener etiam ex Societate Iesu Reginaldus tom. 2. lib. 31. cap. 25. num. 188. Filiucius tom. 1. tr. 10. p. 2. cap. 9. n. 268. Bonacina de matrim. q. 3. p. 14. n. 4. vbi sic ait: Ex Tridentino vetitum est celebrare matrimonium à primo die Adventus Domini usque in diem Epiphanie, & à 4 feria Ciner. usque ad Octauam Pascha inclusuē, quod tempus incipit à media nocte præcedens Dominicam Adventus, & à media nocte feriae 4. Ciner. tunc enim incipit Adventus & Quadragesima ritu Romano. Ita ille, qui cum Filiucio pro hac sententia citat Sanchez, sed male:nam contrariam sententiam docet, ut supra diximus.

RESOL. C V.

An Orationes, & ceremonia, qua pro secundis nuptiis destinata sunt, possint tempore prohibito Adventus, & Quadragesima ministriari? Et notatur, quod licet adhuc consuetudo, ut etiam secunde nuptiis benedicantur, quando alter coniux benedictionem non suscepit, siue sit vir, siue fœmina, atamen talis consuetudo non obligat sub mortali. Et cursim assertitur benedictionum omissionem, secluso scandalo, & contemptu, non esse peccatum mortale. Ex p. 3. tr. 4. Ref. 264. alias 265.

§. 1. Ad hanc dubitationem ita responderet Basilius Pontius de matrim. lib. 6. cap. 8. n. 13. Nonnulli viri docti huius Academiae Salmanticensis existimarent nullum incurrire penam Clericorum qui temporibus prohibitis administrat ea, qua Ecclesia designat pro secundis nuptiis, eo fundamento commoti, quod illa non sit nuptialis benedictio. Ceterum si rem istam attentius considerassent, aliter respondissent. Mihi enim semper visum est neque eas ceremonias que pro secundis nuptiis destinatae sunt, posse tempore prohibito ministriari sine culpa, & penitus iure latissimum. Et in primis ad id me mouet, quod proxime superioribus annis vidi in hac Salmanticensi virbe. Nam quidam nobilissimi vidui contrahere velbant matrimonium, & cum esset quadragesimale tempus, dispensationem à Sedis Apostolicae Nuntio postularunt, quam denegavit. Quod magno argumento est etiam eam cæremoniā, licet non appelletur nuptialis benedictio, esse prohibito illo tempore. Deinde me mouet, quod iura & antiqua, & recentiora vniuersitatem loquuntur & de matrimonio, & solemnitate nuptiali. Sicut ergo antiquis Canonibus etiam viduorum coniugia erant prohibita, ita & solemnitas illa nuptialis in nuptiis viduorum de more Ecclesiae adhibita, prohibita censetur. Præterea, quia Canones tam antiqui, quam recentiores vniuersitatem prohibent solemnitatem nuptialem, & non solum nuptialem benedictionem; illæ autem cæremoniæ, licet non sint nuptialis benedictio, sunt tamen pars solemnitatis nuptialis, ut satis notum est. Ergo, &c. Ita Pontius vbi supra.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod licet adhuc consuetudo, ut etiam secunda nuptiis benedicantur, quando alter coniux benedictionem non suscepit, siue sit vir, siue fœmina, atamen talis consuetudo non obligat sub mortali, quia eo rigore inducta non

est, & ita docet Filiucius tom. 1. tr. 10. p. 2. cap. 168. qui citat Henriquez, & Sanchez. 3. Addit quod Sotus in 4. dis. 28. quæst. 1. art. 2. Emanuel. Sa verb. matrimonium, num. 6. & alij. supra visum est, probabiliter assertur benedictionem omissionem secluso scandalo, & contemptu, non esse peccatum mortale, quia tantum ei omisso cuiusdam sacramentalis non tanti momenti. Vide etiam Filiucium loco citato, num. 165.

RESOL. C VI.

An sit saltem peccatum veniale consummare matrimonium, antequam recipienti benedictiones eis factas. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 239. alias 240.

§. 1. Ad hanc dubitationem ita responderet Villalobos in summ. tom. 1. tr. 10. cap. 14. num. 12. vbi sic ait. [No es pecado mortal ni venial consumar el matrimonio antes de las bendiciones de la Iglesia. La razón es porque no es prohibición para esto en derecho, porque el Concilio Tridentino solo dice, Sancta Synodus bortatur, &c. Y despues el cap. nostrates 30. quæst. 5. cuncta el Papa las costumbres concurren para las bodas, y entre ellas la bendición solemnes añaden; hec omnia non ferunt non est peccatum, y aun no podria poner a cerca debo bendecir al Obispo, y si la pudiere, no ligna; porque el Concilio solo habla exhortando a cerca de esto, mas no feria pecado mortal, el que pagar el debito, ante las bendiciones, porque ay muchos Doctores que dizan, que es pecado venial consumar en este caso el matrimonio, y puede el casado seguir esta opinion.] Ita ille.

2. Dicendum est igitur absolute, non esse neque peccatum veniale si coniuges ante benedictionem matrimonium consummari, & ita præter Villalobos citatum doctum Sanchez de matrimonio, lib. 3. dis. 12. quæst. 7. & Layman in Theol. moral. lib. 10. part. 2. cap. 4. num. 12. cum aliis penit. ipsos, quidquid in contrarium assertur vterque Sotus, Petrus, & Dominicus; hic in 4. sent. dis. 28. quæst. 1. art. 2. ill. l. 24. de matrimon. §. primum in ipsam, & alij in mod. cuncta Sanch. aliquando credo esse fanum consummari, consummare ante benedictiones, ut quando ce se aliqua causa iusta differuntur, et que periculum in continentia.

RESOL. C VII.

An licet contrahere matrimonium tempore interdicti?

Et an tempore interdicti possint fieri matrimoniū dñunciations? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 266. alias 167.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. dis. 8. num. 3. quia in sola Sacramenta censentur tempore interdicti veritas, que purè sacramenta sunt, & omnino spiritualia. Sed matrimonium est contractus quidam naturalis, cui per accidens adiecit Christus sacramenti rationem. Ergo, &c.

2. Sed more suo aduersus Sanchez insurgit. filius Pontius de matrim. lib. 6. cap. 9. num. 3. quia generali prohibitione veritum est. Sacramenta sunt, statim tempore interdicti, exceptis, Baptismo, Confirmatione, Penitentia, & Eucharistia per modum viatici, ut patet ex cap. alma mater, de sent. exam. in 6. cap. quoniam, eod. tit. cap. non est vobis de scriptis, & t. quod in te, de parte remissi. Cum ergo matrimoniū

INTON
Opera
Tom. I
E III